



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Pvinct. XIX. De restitutione in integrum circa contractus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

tempus quo res suas gubernare possit, quia intelligitur de potestate gubernandi pfectato iure communi. argum. leg. fin. ff. de vendit. & demonstrat.

- 9 Quare cessat restitutio in contractibus iuramento firmatis iuxta Authen. Sacramenta pberum. Cod. si aduersus vendit. de quo tract. 14. de iuram. p. 9. §. 4. per totum dictum est.
- 10 Quinto restitutionis beneficium non competit fideiussori minoris, eo quod sit beneficium personale ob artatis, & iudicij debilitatem minoribus concessum. leg. in causa. 1. ff. de Minor. leg. 2. Cod. de si fideiussorib. minor. & aliis. Quinimo neque in hoc casu datur fideiussori recusus contra minorem pro quo intercessit. Unde si actionem mandati intenteret restitueretur aduersus eam minor. ut ex dicta leg. in causa. 1. Cod. de fideiussorib. minor. aduertit plures referens Gomez. dicto cap. 14. n. 9. Exceptio tamen que minoribus competit non ex persona, sed ex causa puta ex re iudicata, ex non numerata pecunia, ex p̄scriptioe, ex nouatione, ex interuando, ex dolo, ex metu &c. fideiussori competit etiam minore inuito. leg. exceptiones que ff. de exceptionib. tit. gener. leg. in omni. 3. ff. de reg. iur. & aliis ab Anton. Gomez. cogentis.

11 Præter minores, restitutionis beneficium conceditur Ecclesie, aliisque pijs locis in terra quadriennium uile post contractum celebratum. Vt citantur Doctores ex c. 1. & 2. de restit. in integr. lib. 6. & clem. vnica eod. titul. & leg. fin. tit. 19. part. 6. Quod intelligendum est comparatione bonorum Ecclesie. Nam quoad bona ad priuatos pertinentia non est restitutionis locus, ut aduertit Panormit. cap. 1. de in integrum restitut. n. 15. Gregor. Lopez. leg. fin. tit. 19. part. 6. per Textum. ibi Maranta de ordine iudic. par. 6. cap. secundus actus n. 84. Couarrulib. 1. var. cap. 4. n. 3. Molin. disp. 574 post init.

12 Eodem iure quo Ecclesia, gaudet republica non solum integra, & suprema, sed cuiusvis oppidi quoad bona communia, ut expresse deciditur leg. reipublica, Cod. quibus ex causis maiores in integ. restituant. ibi. & reipublica minorum iure uti solent, ideoque auxilium restitutionis implorare possunt. Eodem item gaudet princeps supremus quoad bona sue coronæ, & fisco pertinentia, quia reparatur esse bona reipublica. Vt colligitur ex dicta reipublica, & leg. reipublica, Cod. de iure reipublice lib. 11. & leg. fin. tit. 19. part. 6. Præterea eodem fruuntur Vniuersitates scholasticorum, & merito cum plures minores sub se contineant. Vt docuit Panormit. in cap. 1. de in integrum restitut.

13 Ex personis autem singularibus coniugibus etiam si maiores sint in causa dotis restitio petende ac minoribus conceditur, est enim causa dotis priuilegiata, & fauori minorum æquatur. Vti notat Pinel. 1. p. lib. 2. c. 1. Cod. de restituenda uendit. n. 13. & 27. quem refert, & sequitur Rebell. 2. 7. de oblig. iust. lib. 1. q. 8. sect. 5. n. 8. Deinde probabile est hoc beneficium concedi debere nullis, & mulieribus vtpote qui facile decipi possunt. Vt tradit aliis relatis Maranta de ordine iudic. 6. par. ca. secundus actus n. 86. neque displicet nostro Mol. disp. 574. in fine Lccl. 1. 2. c. 17. d. h. 9. n. 67. Præterea militibus & alijs qui reipublice causa absentes sunt. Sed vt bene aduertit Molina loco citato restitutio his si periti sunt non conceditur quoad contractus ad se initos, sed quoad p̄scriptioes aduersus, & quoad iudicia, pignora ipsorum distracta, & similia, & ne tempus definitum ad petendam restitutionem interim illis curat, quia de his tantum, & non de contractibus loquitur. leg. 1. ff. ex quibus causis maiores, & leg. 1. leg. Cod. quibus non obicitur longi tempor. p̄scriptio & leg. 1. Cod. de restit. militib. & §. rursus in p̄. de actiōib.

14 Moment tamen communiter doctores Gloss. finalis in cap. 1. de in integrum restit. lib. 6. Panorm. c. 1. de in integrum restit. n. 2. Greg. Lopez. leg. fin. tit. 19. par. 6. Couar. 1. var. c. 3. n. 13. Eman. Acofta in leg. galus §. & quid si tantum ff. de liberis & post. h. 2. p. n. 73. & seqq. Mol. tract. 2. disp. 574. post med. Paul. Laym. 3. sum. sect. 5. tract. 4. c. 11. circa finem. Ecclesie, & Reipublice si enormiter læta sit compere restitutionem in integrum non solum infra quadriennium habile à contractu, sed etiam post longissimum tempus triginta annorum. ex cap. ad p̄stram de reb. Eccles. non alienand. ubi ob enormissimum læsionem transacto quadriennio restituitur Ecclesia ob pietatem, & fauorem publicum.

15 Quæ autem sit enormis læsio, vt hoc beneficium Ecclesie, & reipublice post quadriennium concedatur arbitrio prudentis censet Couar. dicto cap. 3. n. 11. Eman. Acofta n. 82. Mol. disp. 574. post med. definiendum. Plerumque si excedat dimidium iusti pretij censenda est grauis læsio, maxime cum ob hanc læsionem concedatur maioribus beneficium. leg. 2. Cod. de rescind. vendit. Neque obest hoc idem beneficium Ecclesie & minoribus concedi, quominus beneficio restitutionis in integrum gaudere possint vtpote fauorabiliori, & commodiori. Sicuti aduertit Couar. d. c. 3. n. 11.

16 Sed an stante hac enormi læsione hoc beneficium minoribus post quadriennium ab ætate completa, & natu maioribus concedatur non consentiunt Doctores. Nam Couar. dicto n. 11. minoribus æquæ ac Ecclesie concedi affirmat. Paul. Laym. etiam ad maiores natu extendit, ex tit. ff. & Cod. ex quibus causis maiores in integ. restituant. Fauct Abbas. cap. ex litteris n. 1. de Ferd. de Castro. de iust. & iur.

in integrum restit. & cap. cum ex litteris n. 11. eodem tit. hac tamen differentia appolita, vt Ecclesie, Reipublice, & minoribus ex eo tantum quod læsio enormis contingat hæc datur restitutio maioribus natu insuper opus sit aliqua iusta causa quæ iudicem moueat, veluti militia, absentia ob negotia reipublice, ignorantia, & imperitia contractentis.

Sed plus placet nec minoribus post quadriennium habile, nec maioribus natu hoc beneficium concedi. Sicuti docuit Eman. Acofta in d. §. quid si tantum 2. p. n. 79. cui videtur adherere Molin. d. disp. 574. post med. eo quod nullibi inueniatur restitutionis beneficium post quadriennium completa ætatis concessum Neque ex cōcessione Ecclesie & Reipublice facta hæc concessio pro minoribus inferenda est, cum sit latum discrimen inter Ecclesiam & minorem. Quippe Ecclesia in eodem statu permanet semper, ac prouide eius expressa, vel tacita contractus ratificatio non est alterius conditionis à prima celebratione, ac prouide docuit non solum beneficio ordinario restitutionis in integrum quadriennæ succuri, sed etiam beneficio extraordinario longissimi temporis. E contra minor maior factus neque per quadriennium restitutionem petens censetur tacite contractum ratificare, & defectum ingenij prudentiæ, & experientiæ in eo contingentem purgare, ideoque non decuit beneficio hoc extraordinario succuri. Maiores autem natu et si quoad p̄scriptioem ex benignitate prætoris succuri possint, de qua restitutione loquitur. leg. 1. in p̄. ff. & Cod. ex quibus causis maiores in integ. restituant. At quoad contractus nullibi habetur huius restitutionis concessio.

§. II.

Quibus in euentibus hæc restitutio in integrum minoribus, Ecclesie, & reipublice concedatur?

- 1 Quoties notabiliter se censent læsos in contractu
- 2 Minori conceditur sine ex culpa tutoris, siue absque illa, læsio contingat.
- 3 Prouenire debet læsio ex contractu.
- 4 Mediocris læsio qua prudenter arbitrio grauis sit requiritur.
- 5 Hæc læsio colligenda est ex damno emergente, & ex lucro cessante.
- 6 Expenduntur casus frequentiores in quibus hoc contingat.
- 7 Primo si in contractu, vel in pretio læsio contingat.
- 8 Cum est læsio in pretio tantum plures censent non posse agere ad rescissionem contractus, sed ad pretij reparationem.
- 9 Verius est oppositum.
- 10 Satisfit contrariis.
- 11 Secundo ex quocunque contractu reperitur minor læsus, datur restitutio.
- 12 Tertio conceditur minori compromittenti in arbitrium iuris.
- 13 Quarto promittenti, seu donari etiam auctoritate tutoris.
- 14 Quinto si ex mutatione reperitur læsus.
- 15 Sexto si ei solutus est debitum, modo non interueniat iudicis auctoritas.
- 16 Septimo acceptanti damnosam hereditatem.
- 17 Octavo eligenti deteriorem partem.
- 18 Nono repudianti hereditatem.
- 19 Adoptato si ex adoptione admisit eam.
- 20 Renuntianti beneficium restitutionis.
- 21 Quoad iudicium conceditur restitutio post publicatas atestationes.
- 22 Lata sententia restitui minor potest, si si reperiat læsum.
- 23 Stante hac restitutionis varius est suspensio sententiæ executionem.
- 24 Si minori lapsus est tempus ad appellandum restitui potest.

Regula generalis est quoties minor auctoritate tutoris, vel absque illa naturaliter & ciuilitur, vel naturaliter tantum obligatur, & ex ei obligatione se læsum notabiliter reperit restitutio concedenda est, vt expresse deciditur. leg. si curatorem habens Cod. de in integrum restit. leg. 1. & seqq. ff. & Cod. de restit. in integrum & leg. 1. & per totum ff. de minorib. cap. constitutus de in integrum restit. & leg. regia. §. tit. 11. part. 5. & leg. 1. in fin. par. 6. Idem est quoties Ecclesia vel Reipublica ex contractu se lætam reperit, quia instar minoris reputatur. leg. vit. Cod. de temporib. in integrum restit. & cap. 1. de in integrum restit. & c. 1. & 2. de restit. in integrum lib. 6.

Et hæc restitutio minori conceditur, siue læsio contingat absque tutoris culpa, vt expresse habetur. leg. tutor. uergentibus in princ. ff. de minorib. siue ex culpa tutoris vt supponunt prædictæ leges. Est tamen latum discrimen, nam quando læsio contingit absque culpa tutoris, tantum competit minori actio ad petendam restitutionem in integrum, ac quando culpa tutoris succedit, potest etiam agere aduersus tutorem ad interesse, neque prohibetur vna via electa aliam intemere, vt colligitur ex leg. cum etiam & leg.

leg. vlt. Cod. si tutor vel curator inter. & leg. in v. civile §. i. ff. de minorib. dummodo obtento quod sibi vna via debetur, aliud non procurer. Sicut ex Glossa. cap. monemus 11. q. 1. notauit. Mol. tract. 2. disp. 572. vers. etiam si tutor. Idem de Ecclesia, fisco, & Republica comparatione superioris, seu administratoris dicendum est, sunt enim instar minoris, ac proinde optio eis conceditur vel agere ad interesse, vel ad restitutionem in integrum, cum ex culpa administratoris laesi fuerint. Vt aduertit Glossa cap. 2. verbo restitutus de in integrum restituit. & ibi Abbas. num. 19. Layman. lib. 3. sect. 5. tract. 4. cap. 11. num. 1. Molin. supra secus si absque culpa, nam tunc agere tantum possunt ad restitutionem in integrum.

Quod si culpa procuratoris electi ad negotia peragenda contigerit, laesio minor vel Ecclesia restitutionem in integrum petere non potest, quin prius aduersus procuratorem agat actione mandati ad interesse, eo autem non solucnte restitutionem poterit petere, & obtinebit. leg. cum mandatum ff. de minorib. & tradit Glossa. cap. 2. verbo restitutus de in integrum restituit. Gregor. Lop. Glossa. 2. leg. tit. 19. par. 6. Mol. disp. 573. vers. etiam si tutor. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 11. num. 1.

Laesio occasione praebens restitutionem in integrum promerere debet ex contractu aut quasi contractu. Nam cum haec restitutio ad suppleendum defectum prudentiae introducta sit, si nullo prudentiae defectu, sed potius summa cum prudentia contractus celebratus est, cessat causa concedendi restitutionem, tametsi postmodum laesio contingat, quia non contingit ex contractu, sed ex causa superueniente. Vt colligitur ex leg. verum §. sciendum & §. unde Marcellus ff. de minorib. & notauit Mol. disp. 573. vers. denique supra dictum est. Less. lib. 2. cap. 17. dist. 9. in fine & supponunt omnes.

Sed quae laesio sufficiat, vt huic restitutioni sit locus? variant doctores, vt constat ex his quae laesio tradit Sfortia. Oddus tract. de in integrum restituit. 1. p. q. 4. art. 12. Nam alij grauem, alij enormem laesionem requirunt, alij minimam sufficere arbitrantur, alij arbitrio iudicis rem definiendam relinquunt.

At in hac diuersitate mediâ viâ procedendum est, & asserendum mediocrem laesionem, quae prudentis arbitrio grauis sit & notabilis necessario requiri, neque opus esse vt enormitatem attingat. Quod docuit Panorm. c. 1. n. 8. de in integrum restituit. Couarru. lib. 1. var. c. 3. n. 1. Eman. Acosta in leg. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & postum. 2. p. a. n. 76. Mol. tract. 2. disp. 573. vers. dictum item. Fachin. lib. 3. controuers. cap. 4. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. c. 11. num. 1. Menoch. lib. 2. de arbit. cont. 1. casu. 75. & alij. Et quidem minima laesionem insufficientem esse probat lex Scio ff. de in integrum restituit. & cap. penult. de rebus eccles. alienand. vel non iuncta. Glossa. verbo enorme. Neque enim decet pro minima laesione pretorem adire, neque ipse debet de ea curare. Ex quo inferitur grauem spectata re de qua agitur requisitam esse. Quod verò enormis necessaria non sit colligitur ex leg. minorib. 6. ff. de minorib. ibi. cum de bonis isserum aliquid minuitur. & ex leg. 8. ff. eodem, vbi minor ob venditionem minori pretio quam oportuit factam restituitur: in his enim omnibus legibus nihil de enormi laesione expressum est, ergo affirmare debemus enormem requisitam non esse. Praeterea pro hac parte nõ leue argumentum delimitur ex Glossa. in leg. si ex causa in princ. ff. de pignor. Couar. Fachin. Mol. loc. alleg. asserentibus special. esse in venditione pignoris iudicialis pro soluendis minoris debitis enormem laesionem requiri, vt restitutio concedatur. iuxta leg. si ex causa ff. de minorib. & leg. 3. Cod. si aduersus venditionem, & generaliter in quacunque alienatione rei minoris necessaria. iuxta leg. penult. ff. de minorib. Secus verò dicendum in alienationibus voluntariis.

Haec inquam laesio non solum reputanda est ex damno emergente, sed etiam ex lucro cessante. Vt expressè deciditur. leg. ait prator. §. finali ff. de minor. ibi. Hodie certo iure vtimur vt & in lucro minoribus succuratur; idem habetur. in leg. omnia ff. eodem vti ex Bart. Alberic. Bald. & aliis aduertit Anton. Gomez. tit. 2. de contract. cap. 14. n. 1.

Causa autem in quibus occasione damni imergentis vel lucri cessantis restitutio conceditur sequentes frequentiores sunt.

Primò contractus onerosi venditionis, emptionis, locationis, conductionis, societatis & similibus, in quibus laesio contingere potest vel in contractu vel in pretio illius. In contractu contingit, si minor rem vendat, emat, locet, aut conducat cum sibi expediens non est. In pretio vero si vendat minori iusto, vel emat iusto plus, cum laesio contingit in contractu restitui minor debet ad contractum rescindendum, vt omnes doctores firman.

Controuersia autem est, cum laesio tantum est in pretio, an eo casu agere possit minor ad rescindendum contractum, vel tantum ad reparationem pretij. Et quidem agere tantum posse ad pretij reparationem probare videtur lex 7. & per totum. Cod. si aduersus venditionem & leg. 1. & 2. Cod. de vendit. rerum leg. si res §. 1. ff. de iure dorum. vbi vxore in estimatione circumueta marito conceditur an iustam estimationem, an seruum praestet & subdit textus. Idemque & in minore circumueto Marcellus probat. Ratio autem videtur efficax. Nam restitutio est reparatio laesionis factae, reddit enim restitutio quod per laesionem ablati erat,

leg. quod si minor §. restituit ff. de minorib. Sed laesio tantum in pretio contingit, ergo si iustum minori concedatur satisfactum esse censetur. Atque ita tradunt Glossa. Salicet. Bart. & Bald. in leg. si quidem Cod. de praedictis minor. Panorm. cap. constitutus q. 1. de in integrum restituit. Ant. Gom. sit. 2. de contr. lib. c. 14. n. 1. Cou. 1. var. c. 3. n. 14. Sfort. Oddus plures referens de restit. in integrum q. 577. art. 4. Mol. tract. 4. disp. 573. vers. si minor. Less. lib. 2. p. 17. dist. 9. n. 63. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. c. 11. n. 2.

Verum quamuis haec sententia sit satis probabilis probabilior rem exitimo posse minorem, Ecclesiam & rempublicam laesam in pretio agere ad restitutionem pretij, vel ad reparationem pretij, potest sibi magis placuerit. Quae fuit sententia Petri, & Cypri in dicta leg. si quidem. Castren. ad leg. non intereff. n. 4. Cod. de his quae minus causa. Pincl. ad leg. in 1. cap. 1. n. 11. Cod. de rescind. vob. dit. Natra cons. 548. n. 31. Octavianus Simoncellus de decretis lib. 3. tit. 7. n. 13 quos refert & sequitur Andreas Fachin. lib. 2. contron. cap. 90. Mouet quia cum restitutionem tantum in civile quam canonicam induat. Nam leg. in tri. Sicut ex diuersis ff. de minorib. inquit. Si minori pretium quam oportuit vendidit adolelescent. emptor quidem tibi debet praedium cum fructibus restituere. Si autem ad solam praedicti restitutionem agere adolefcentes possent, emptor cogendus non esset praedium restituere, sed restituo pretio praedium teneret. Idem habetur. leg. quod si minor §. restituit ff. eodem. ibi itaque si in vendendo fundo circumscripsum restituatur, iubet prator emptorem praedium cum fructibus reddere. & pretium recipere. Ad idem est lex si quidem. Cod. de praedictis minorum. Canonem vero ius cum restitutionem aperitur indicat in cap. 1. de in integrum restituit. vbi de conductione praediorum modo causa laesio contestata inquit Textus. Cum Ecclesia iure minoris debet semper esse censuari, ea possessio qua in eius auctoritate diu consistit ad ipsius conuentum est, & proprietatem redire. Ratio vero delimitur ex natura restitutionis in integrum quae est in pretium statum repositio: si solum defectus pretij suppletur in pretium statum non reponitur minor. Non enim tenet haberet cum fructibus, quam haberet si venditio non intercessisset.

Neque obstant contraria. Nam solum probare restitutionem contractus vel pretij minori concedendam esse, quod subintelligendum est propter ipse voluit. A qua regula excipitur restitutio inter coniuges, quae etiam si minores inter non agatur ad rescindendum contractum, sed ad pretij supplementum. ex dicta leg. si res §. si mulier; praestat enim in signum mutui amoris non ita facile inter ipsos getta retinendi modo laesio succurratur. Ad rationem desumptam ex leg. si minor respondo restitutionem in integrum non solum reddere quantum abstulit laesio formalis, sed materialis, quippe ea dampnificata emptione ablata est, minori non solum pretij acquiritur, sed fundus: ideoque non satis censetur minor restitutum, nisi & fundus reddatur, quod Consilius aduertit, nam postquam dicit tantum restitutionem afferre quantum abstulit laesio, subiungit. Itaque si in vendendo fundo circumscripsum restituatur, iubet prator emptorem fundum cum fructibus reddere, vt notauit Fachin. d. cap. 90.

Secundò si ex transactione, permutatione, conuentione, alioque pacto minor restituitur laesio conceditur restitutio vel ad contractus rescissionem, vel ad pretij reparationem iuxta dicta nam. praecedentia, & colligitur ex leg. 1. & 2. Cod. si aduersus transactionem, & ibi Glossa. Bart. Alberic. Bald. Paul. quos refert, & sequitur Ant. Gom. loco citato. Quod adeo verum est, vt etiam si haec transactio, vel conuentione inter coniuges in materia dotis interueniat locus restitutioni sit. iuxta leg. si ex causa §. in dotis ff. de minorib. leg. quaro ff. de iure dorum & leg. vlt. Cod. si aduersus dotium, & vtrouique Glossa. Bart. & communis Doctorum teste Ant. Gom. d. cap. 14. n. 1.

Tertio minori compromittenti in arbitrium iuris restitutio conceditur, quia eo ipso censetur laesum, cum beneficium appellationis sic compromittenti interdicatur. At compromittenti in arbitrium arbitratorum probata laesione ex tali compromisso & non antea conceditur restitutio. leg. si minor 2. §. amicus §. minor ff. de minorib. & tradit alios referens Gom. supra n. 1.

Quarto promittens, seu donans & iam auctoritate curatoris, eo ipso restitutionem petere potest, quia eo ipso laesio censetur, cum se bonis promissis seu donatis priuaret, nisi forte ex causa remuneratoria donauerit, aliaque quae quibuslibet prudentem mouere ad donandum possit. Vti si conuersa ad pupillam spectantiamque largitatem concesserit. Vt constat. ex leg. 1. & 2. Cod. si aduersus donationem leg. cum plures §. fin. ff. de administr. tu. tor. leg. pradia. Cod. de praedictis minor. leg. fin. §. fin. Cod. si mutui factus ex quibus id tradit Ant. Gom. dicto c. 14. n. 1. ibi nota. Mol. disp. 573. vers. si minor. Less. lib. 2. cap. 17. dist. 9. n. 63. Laym. d. ibi tract. 4. cap. 11. n. 2.

Quinto si minor cui mutuum est concessum ex ea mutatione se reperiat laesum vel quia pecuniam amisit, vel male consumpsit petere potest restitutionem, concedique debet et in parte quae laesus est. Probare autem laesionem minori incumbit nisi forte ab usurario, & sub visuris mutuum accepit, tunc eo casu minor praesumitur laesus, ideo mutuum incumbit omni probandi laesum nos esse, & secundum eius probationem minori detur.

gabatur restituitio, & ad solvendum obligabitur. Vt habetur leg. 1. §. 2. Cod. si adversus creditorem leg. patri §. 1. ff. de minorib. & Gloss. Bart. & alij quos refert, & sequitur Ant. Gom. tit. 2. de contract. l. 14. n. 2. Mol. dicta disp. §. 7. vers. si minor mutuum Less. & Laym. loc. alleg.

- 15 Sexto: si minori solvatur debitum sine auctoritate curatoris nulla est solutio, ac proinde totum id quod consumptum est, & ex qua consumptione ditior non est factus repetere potest, argum. leg. pupillo ff. de solationib. Si autem intuentiente consensu tutoris fiat solutio, debitor liberatus est, ideoque nequit debitum iterum repetere, nisi prius obtenta restitutione in integrum, quam petere potest & obtinebit, si probaverit sua vel tutoris culpa, & negligentia solutum consumptum esse. leg. 1. Cod. si adversus solvencionem, & ibi Glossa. A qua regula merito excipi debet solutio pensionis annue, vel reddituum agrorum quae valent centum solidorum non excedat. in extra leg. sancimus l. 1. §. 1. leg. constitutionem Cod. de administrat. tutor. quae facta minori auctoritate tutoris firma persistit, neque in ea restitutio conceditur. Sicuti notavit Molit. l. 1. rati. 2. disp. 224. vers. paragra. ho. Ob eam causam nunquam minori, vel eius tutori debitum solvendum est, sed petentes excipiendi sunt, quousque iudicis auctoritas accedat, qui debitorem suo mandato compelleret ad solvendum; qua compulsionem debitor solvens omnino liberatur, neque minori restitutio conceditur. Vt traditur leg. ait prator §. permissit ff. de minorib. leg. sancimus 1. Cod. de adm. ministr. tutor §. at ex contrario instit. quibus alienare licet, & leg. regia 4. tit. 4. part. 5. & resolut Ant. Gom. d. c. 14. n. 4. Mol. loc. cit. Less. d. dub. 9. n. 63. Rebel. 2. p. de oblig. l. 1. §. 8. l. 5. n. 54.
- 16 Septimo minor acceptans hereditatem, qua ea acceptatione creditoribus & legatariis tacite obligatur, si sibi damnosam reperit restitui potest. Vt deciditur leg. ait prator §. non solum §. si restitutus leg. quod si minor §. Seculo ff. de minorib. leg. §. Cod. de repudiat. h. e. d. leg. penult. Cod. de in integrum restit. Minori autem incumbit praelatio laesione, cum ex acceptatione hereditatis potius commodum, quam incommodum praesumatur. Qua probata restituitur minor, & hereditatis curator assignatur qui inventarium conficit, vt ex bonis reperitis creditoribus, & legatariis satisfaciatur ad cuius effectum debet prius eos omnino citare saltem per proclamationes si absentes sint, quorum adventum trium mensium spatium expectabit. Vt habetur authent. si omnes. Cod. si minor ab hereditate se abstinuerit leg. regia 7. tit. 19. part. 6. & tradit alij relatis Maranta de ordine iudic. 6. p. de citat. n. 301. Mol. rati. 2. disp. 573. vers. dictum, etiam est, vbi aduertit non esse obligatum minorem solvere, si eo tempore quo hereditatem possidit aliquid illius sua imbecillitate perierit, ex quo ditior factus non sit, quia beneficium restitutionis in integrum exigit, ne cum in cura restituti concedatur, & habetur dicta leg. ait prator §. penult. in fine & affirmat Gloss. final. in dicta authent. si omnes. Greg. Lop. dicta leg. 7. ad idem est si acceptavit legatum, vel fideicommissum, quod ratione oneris annexi sibi reperit damnosum restitui potest. Vt colligitur ex leg. est in prius ff. de Minorib. Molin. loco citato. Ob eandem rationem si officium commissarii, vel executoris testamenti damnosum inveniatur, petere restitutionem poterit. Vt notavit ex Baldo in dicta leg. ait prator §. non solum Anton. Gomez. d. cap. 14. num. 4. illat. 8.
- 17 Octavo eligens ex imbecillitate deteriorem partem vel in distributione hereditatis, vel in alia quacumque re dividenda quam prudentes non elegerint, probata laesione restituitur. ex leg. §. si sine vers. ff. de Minorib. leg. regia 5. tit. 19. part. 6. Secus autem si indifferenter prudentes eam partem elegerint, vel forte casu ea pars minori contingeret. Vt ex Baldo, & aliis aduertit Anton. Gom. & Mol. locis citatis, cessat enim in hoc eventu finis ob quem restitutionis beneficium concessum est.
- 18 Nono repudians hereditatem putans inutilem fore, quam postea vitium fuisse futuram comperit, restituitur ex dicta leg. ait prator §. leg. quod si minor ff. de minorib. leg. 2. Cod. si minor ab hereditate §. leg. regia 7. tit. 19. part. 6. & tradunt Greg. Lop. ibi Anton. Gom. & Molin. loc. alleg. Hec tamen restitutio quia tendit non ad vitandum dampnum, sed ad lucrum acquirendum non extenditur ad rem non integram, & in tertium possessorem translatam argum. leg. quod si minor §. Scavola ff. de minorib. Sicuti docuit Panorm. cap. ex parte n. 13. de restit. spoliator. Eman. Acolta dicto §. quod si tantum 2. p. n. 49. Mol. disp. 578. vers. si illud vero Laym. lib. 3. sum. sect. 5. rati. 4. cap. 11. num. 2.
- 19 Decimo arrogatus, seu adoptatus si ex arrogatione reperiat sibi dampnum parari, vel quia male eius bona administrantur, vel occasio peccandi, aut finitros mores concipiendi paratur, petere restitutionem poterit & obtinebit. Vt probat leg. 3. §. si quis minor ff. de minorib. leg. est pubes ff. de adoptionib. & lege regia §. tit. 19. part. 6. & notavit Mol. loc. alleg. vers. minor etiam
- 10 Undecimo Eman. Acolta d. §. quod si tantum 2. p. n. 63. Couarrua. l. var. cap. 5. n. 1. Molin. propendit d. disp. 973. vers. vtrum autem, censent minorem permittentem, seu resignantem beneficium minus prudenter petere restitutionem posse, & debere concedi, tamen alteri beneficium collatum sit. Tum quia non est vlla specialis ratio, ob quam haec restitutio a regula Ferd. de Castro. de iust. & iur.

generali excludatur. Tum quia in presenti non agitur de lucro captando, sed de damno emergente, ac proinde etiam re non integra reparari debet. Sed sententia negatiua placet magis quam plures relati a Couarr. dicto cap. 5. n. 1. sequuntur, eo quod vt inquit Less. lib. 2. cap. 17. dub. 9. in calce. n. 63. ea restitutio non fit vi recepta, maxime cum alteri beneficium collatum est. Nam si collatum non fuisse, res integra persisteret, permitti haec restitutio potest, si Ecclesia utilis iudicetur. Sicuti notavit Glossa in cap. ex parte vers. quatuor minor. Abbas ibidem n. 16. de restit. spoliator. Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. rati. 4. cap. 11. num. 2.

Tandem quoad iudicium spectat restituitur minor etiam post publicatas attestaciones ad probationem de nouo faciendam, si in termino probatorio sibi designato nullam, vel insufficientem probationem fecisset. Vt probat leg. minor 25. amorum ff. de minorib. & ibi Gloss. Bart. & communis prout refert, & sequitur Anton. Gomez. d. cap. 14. de contract. n. 5. Quo casu maior aduersarius eodem termino ad nouam probationem faciendam gaudebit, vt bene aduertit Ant. Gom. ibi.

Lata vero sententia siue in causa ciuili siue criminali restitui minor potest, si laesum se reperiat. ex leg. 1. §. per totum Cod. si adversus rem iudicatam. Ex duplici autem capite se laesum reperire potest, vel quia omisit exceptionem peremptoriam vel allegationem necessariam pro victoria causa, vel quia iudex ex malitia, aut ignorantia inique iudicauit. Quocumque modo laesio contingat, si ab ea appellatio institui potest, nullatenus censetur restituitio locum esse, quia restitutio vtpote remedium extraordinarium locum habet, tantum cum ordinarium deficit. Vt dicitur leg. in causa 2. ff. de minor. 25. annis, & notat Glossa in cap. 1. §. cap. constitutus de in integr. restit. At in sententia qua tradit in rem iudicatam concedi restitutio in integrum potest, difficilius autem conceditur, si laesio procedat ex errore iudicis, quia semper fiat pro iudice praesumptio, at tamen probata ex actis iniusta laesio concedenda est, vt dixit Ant. Gomez. d. cap. 14. de contract. n. 5. Si autem laesio euenerit eo quod non opposueris exceptionem, vel defensionem tibi competentem restitui debes aduersus sententiam, & omnia alia acta ab eo puncto quo laesio contigit. Vt tradit Salicet. in leg. 1. Cod. si aduersus rem iudicatam. Bartolin. in leg. su eodem tit. §. leg. nam posteaquam §. si minor ff. de iur. iurando. Ant. Gom. d. cap. 14. n. 5.

Sed an stance hac restitutio suspendi debeat sententia executio non conueniunt Doctores. Vt videre est in Robert. Lanceloto. de attentatis c. 18. n. 81. §. segg. Sfortia Oddo de restit. in integrum q. 43. art. 3. Rora in nouissimis decif. 346. n. 8. par. 1. vtiorem exitum partem affirmatiuam, eo quod generaliter concessum sit restituitio in integrum. leg. 1. Cod. de in integr. rest. postuland. vt suspendat executionem, a qua regula non inuenitur excepta sententia definitiua. Praeterquam quod nullus effectus esset restitutio, si executionem non impediret. Neque obest huic doctrinae element. vt calumnias 1. de re iudicata, vbi deciditur sententiam executioni mandandam esse non obstante oppositioe nullitatis, quia praesumitur calumniose apposita, quia ea praesumptio non procedit in restitutione in integrum, & ex ignorantia, imperitua minoris procedere potest; vt ponderat Sfortia Oddo d. quib. 43. art. 3. num. 57. Fachin. lib. 12. conuers. iuris cap. 18. Adde, esto exceptio nullitatis regulariter non admittatur ad impediendam ritum sententiarum conformium executionem ob praesumptam calumniam, at tamen si incontinenti probanda offeratur, admitti debere censuit Ripa in leg. 4. §. con. d. mnuum ff. de re iudicata Menoch. de arbirar. lib. 2. casu 9. nec dissentit Couarrua. pract. 99. ca. 17. 25. numer. 3. §. 7.

Illud est certum, si lapsum fuerit minori tempus ad appellandum petere restitutionem posse, debereque illi concedi quia ea ex parte laesus est. leg. 1. C. d. si lapsus in integrum restitui postulet. & aduertit Ant. Gom. d. c. 14. n. 15.

§. III.

Expenduntur casus frequentiores, in quibus minores non restituntur.

- 1 Non restituitur in matrimonij contractu.
- 2 Neque in religionis ingressu.
- 3 Neque in venditione sui ad pretium habendum.
- 4 Neque in delictis.
- 5 Neque aduersus propriam confessionem.
- 6 Excipit nisi coactus iniuste fateretur.
- 7 Neque plures minorem aduersus alium minorem, & Ecclesiam aduersus aliam Ecclesiam restitui.
- 8 Verius est oppositum.
- 9 Satisfit oppositis fundamentis.

Primo non restituitur in matrimonij contractu, quia iure diuino est vinculum indissolubile cui ius humanum restitutionem concedens derogare non valet. At quoad matrimonij accidentia, eique annexa qualis est causa dotis, obligatio in eodem loco permanendi, & familia restitutio conceditur, vt tradit Couarrua. O 2

999. num. 14. censent condemnatum amissionem bonorum postmodum a principe restitutum recuperare bona cum fructibus tempore condemnationis percepit, eo quod restitutum reddit quantum condemnatio abfuit. Ut expressè habetur leg. 1. & vlt. Cod. de sententia iustis. attamen longè verior, & omnino tenenda sententia est solum rem non autem fructus restitui, sicuti docuit Angel. in d. §. & quid si tantum. num. 14. Alexand. num. 21. Bald. ad leg. fin. Cod. de sententia iustis. Andreas Gail. lib. 2. de pace publica. cap. vlt. num. 18. Fachineas lib. 1. contrones. cap. 38. Sfortia Oddus. Eman. Acosta, & Conarru. locis allegatis. & probat dictus Textus. in auctor. idem de Nestorianis. Cod. de hereticis. cuius verba sunt. Restituenda quidem, sed absque ratione fructuum, & administrationis. Et suffragatur ratio, quia filius. v. g. bona condemnati possidens interim dum durat condemnatio iusto titulo possidet, bonaque fidei possessor est, sed possessor bone fidei non restituit fructus leg. certum. Cod. de rei vindicac. Neque obest restitutionem esse repositionem in pristinum statum, vt inde inferas fructus esse restituendos quia non reponit in pristinum statum retrotrahendo condemnatum ad tempus in quo condemnatus fuit, sed constituendo illum in eo statu quo ante condemnationem erat ab eo puncto quo condemnatio dissoluta.

Verum loquendo de restitutione in integrum minori, Ecclesie, & Republice concessæ idem esse dicendum siue restitutum petatur, & concedatur intra tempus ordinariam quadriennij vel postmodum. Nam esto in restitutione post quadriennium maior gratia respondeat, at negari nequit restitutionem quadriennio concessam gratiam non leuis momenti continere. Nullibi que statum est statui restitutionem quadriennio obtentam fructus comprehendere perceptos, non verò restitutionem post quadriennium, imò congruentius videbatur hanc extraordinariam restitutionem pleniora fore vt potè quæ ob grauiorem læsionem inducta est. Quocirca pro certo iudico per se nullam possidentem incumbere obligationem rem cum fructibus restituendi, nam cum illius sit legitimus Dominus non est vnde hac obligatio oriat: ex eo namque quod rem illam à minore accepit solum subit obligationem restituendi illam, sed non fructus petito restitutionis beneficio, quia fructus Domino rei à qua procedunt competunt. Neque obstant leges pro Conarru. sententia adductæ afferentes prædium cum fructibus restituendum esse minori vendenti, reddito emptori pretio, quia intelligi debent de fructibus à re pendentibus, vel post restitutionem concessam perceptis; vt docuit Molina tract. 2. disp. 575. post medium. Lessius lib. 2. cap. 17. dub. 10. n. 70. propendit Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 1. in fine.

Addunt tamen præcitati Doctores hæc procedere cum contractus rescinditur præcise, quia minori non fuit conueniens. Secus si ea minor conuenientia nitatur, vel quia gratis res donata est, vel vendita infra iustum pretium, quia is in euentibus cum non tantum accepit minor quantum dedit fructus ex re tradita prouenientes ei competere debent, integre; si gratis rem donauit: ex parte, si pars iusti pretij illi denegata est. Sed non placet tum quia in cap. ad nostram de rebus Ecclesie non alienam. secundum quod minus iusto fuit alienatum restituitur monasterio non restituitur fructibus perceptis. Et licet Molina asserat ibi fuisse specialem fauorem concessum, neque ad alios casus trahendum, certè ex textu non colligitur, sed credendum est decisionem naturali æquitate conformem instituisse. Tum quia res suo Domino fructificare debet. Et licet minus iusto eam habuerit id non impedit quod minus illius sit, & consequenter fructus ipsi competat.

Secunda difficultas est: An vendita, locata, vel conducta re minoris, Ecclesie, vel reipublice, si postmodum alius se offerat qui pretium augeat sit locus restitutioni in integrum? Questio est passim contingens in locatione vicariatum quam præstat ciuitas seu oppidum, qua facta nouus licitator solet apparere qui lucrum abundantius offerat. Quo casu dari restitutionem in integrum minori, Ecclesie, vel oppido docuit Aules. cap. 32. Prætor. verbo puzar. n. 11. fol. 218. Mouetur ex leg. etsi sine. §. quasi. ff. de Minorib. cui consentit lex. v. r. 19. par. 6. quibus ob lucrum cessans minori & reipublice est restitutum concedenda.

Ceterum si seruatis solemnitatibus, debitoque tempore, & absque vlla fraude vel collusione. iustoque pretio venditio seu locatio facta est, non habet locum restitutio in integrum Secus si aliquid horum deficiat. Vt bene tradit Mattheus de Afflictis. decis. Neapolit. 340. Gregor. Lop. d. leg. 5. in Gloss. mas por ella. Auendano lib. 1. cap. 19. prætor. n. 35. & lib. 2. nouus collect. n. 13. & segg. Gutier. lib. 1. prætor. §. 8. n. 2. Mol. tract. 1. disp. 575. post med. Lessius lib. 2. cap. 17. dub. 9. in fine. num. 69. Ratio, restitutio est inducta ad supplicandum negligenciam in damno emergente, vel lucro cessante ex venditione, locatione, seu condictione: dici non potest vlla negligencia adfuisse in ea locatione seu venditione, quæ seruatis solemnitatibus congruo tempore, & pretio iusto, & maiori quo fieri potuit celebrata est, tamen postmodum appareat emptor maius lucrum offerens: quia id est per accidens, & locationem, seu venditionem prudenter factam esse non impedit.

Temperant autem prædictam doctrinam Auendano, Azeuado, Ferd. de Castro. de Iust. & Iur.

& Gutier. ne procedat cum secundus licitator lucrum offerret longe excedens eo quod primus obtulit, quia ratione huius excessus videtur prior contractus rescindi, ne tanto bono minor & reipublica defraudentur & indicat lex 5. regia. r. 19. par. 6. ibi si el lux. emendare ser. gran por del minor, Molina vero d. d. a. disp. 755. in fine. hanc restrictionem non admittit, quia cessat fundamentum restitutionis cum supponamus prudenter contractum celebratum esse. Neque enim lucrum contingeret fututum præstat restitutioni causam.

Fateor Molina sententiam spectato iuris rigore veram esse, ideoque comparatione minoris obseruandam. Neque in contractum est lex regia. 5. debet enim intelligi cum contractus absque solemnitatibus requisitis, vel indebito tempore, vel absque iusto pretio factus est: nam aliqua ex his conditionibus stantibus, si iudicetur minori non leue commodum fore, quod contractus primus dissoluatur, & cum secundo demum se offerente celebretur, fieri poterit. Secus verò si seruatis solemnitatibus debitis, & congruo tempore, iustoque pretio fuerit celebratus. At sententiam Auendano, Azeuado, & Gutier. sustinendam absolute censeo in locatione & conductione bonorum Ecclesie, & reipublice, eo quod consuetudine & praxi videam receptam primam licitationem etiam debite factam dissolui oblato secundo licitatore lucrum notabiliter excedens offerente. Ex qua praxi videtur colligi in prima conductione, seu locatione imbi hanc conditionem, nisi alius longè plus lucri offerat, aliàs illicita esset contractus rescissio.

Quod si roges quantum secundus excedere debeat vt prior licitatio dissoluatur? Respondet optimè Gutier. lib. 1. prætor. §. 8. n. 4. arbitrio iudicis relinquendum esse, qui cum quantitate, & non minorem aptam existimabit quæ excederet eam quæ tempore celebrati contractus præstat sufficientem restitutionis causam. Nam cum hæc contractus dissolutio aliena sit à iure communi, & iustitiz rigore & solum ob bonum commune ex æquitate inducta decet grauiorem exigi causam.

Pro supradictis obserua primo rempublicam semel tantum in hac parte restitui, neque enim restitutio minoris & reipublice in infinitum protrahi debet. Vt decidit leg. 1. & per totum. Cod. si sapius in inrog. restitutio postulat. & Aduertit Aules in cap. 32. prætor. Glossa de puzar. n. 13. Gutier. lib. 1. prætor. §. 38. n. 5. v. Secundo obserua primum conductorem si rem velit pro eodem pretio quod à secundo offertur retinere præferendum esse in conductione argum. leg. penult. & vlt. Cod. de locat. præd. ciuil. lib. 11. Sicuti alius relatus aduertunt Gregor. Lopez. Azeuado. Gutier. Mol. loc. cit.

Tercio obserua secundum conductorem obligatum esse seruare indemnem prædium sumendo omnia necessaria quæ bona fide primus præparauerit, & astimationem soluendo indutrix & laboris in eorum præparatione appositi. Sicuti tradit Gutier, & Molin. supra.

§. V.

Quibus competat restitutionem in integrum petere?

- 1 Non tamen minoribus, sed eorum heredibus competit.
- 2 Item ad administratibus bona minoris, Ecclesie, &c.
- 3 Item patri pro filio.
- 4 Coniungunt intra quartum gradum non conceditur hoc beneficium.
- 5 Satisfit objectioni.
- 6 Consorti litis absque speciali mandato non conceditur pro consorte restituere.
- 7 Procurator speciale mandatum habere debet.
- 8 Hoc speciale mandatum aliquando sub generalibus verbiis continetur, & quando hoc contingat.
- 9 Ad petendam restitutionem non directe, sed accessorie non est opus speciale mandatum.
- 10 Ad defensionem alterius non est necessarium speciale mandatum.

Non solum ipsis minoribus, sed eorum heredibus, seu successoribus vniuersalibus, & fideicommissariis competit petere restitutionem in integrum defuncti nomine intra illud tempus quod minor defunctus restitutionem petere poterat, si viueret quia eius personam representant. Vt habetur leg. non solum. ff. de integrum restitut. leg. minor autem magistratus. ff. de Minorib. & leg. regia. 8. in fine. r. 19. par. 6. & aliis. Sicuti ex communi notat Anton. Gomez. t. 2. de contractibus. cap. 14. num. 5. circa fin. Mol. tract. 2. disp. 573. vlt. beneficium restitutionis. Neque obest privilegium personale cum persona extinguitur, neque ad heredes tranfit, vt in leg. in omnibus. 3. ff. de Regul. iuris. & cap. privilegium. de Reg. iuris. in 6. quia id intelligi debet de privilegio persone ratione persone concessio, secus de privilegio concessio persone ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, quod ei euenire potest: vt explicat Bart. & Doctores in leg. quia rite. ff. soluto matrimonio. Dynus & alij in dicto cap.

cap. privilegium. Ob quam rationem beneficium Velleiani competens mulieri cum pro alio fideiussor existit transit ad heredem. leg. heredes. Cod. ad Velleianum.

Dixi restitutionem petendam esse ab herede minoris intra illud tempus quo minor petere restitutionem potest, quia nomine ipsius perit. Quod tempus non est computandum cum illo quod ipsi heredi competere, si minor esset, vel ob causam reipublice absens aut alio legitimo impedimento esset derentus, sed ultra hoc est enumerandum. Vt expressè habetur leg. 1. & seq. Cod. de temporibus in integrum restituend. & aduertit Mo. in loco citato.

2. Secundò petere restitutionem possunt qui generalem minorum, Ecclesie, vel Reipublice administrationem habent, vt sunt tutor, & curator, pupilli & minoris, Oeconomus, seu Praefatus Ecclesie, Reipublice rector, & gubernator. Hi enim possunt appellare à sententia lata aduersus eos quorum bona administrant. leg. si actor. Cod. de appellat. & iurate de calumnia atque vilo alio mandato. leg. 2. §. quod obseruari. Cod. de iure iurando propter calum. Ergo possunt restitutionem in integrum sine alio mandato petere. Atque ita ex communi tradit Panormit. cap. suscitata num. 6. de in integrum restit. Couarruu. 1. var. cap. 6. num. ult. Molera. 2. disp. 573. vers. verum autem.

3. Tertio pater pro filio etiam inuito restitutionem in integrum petere potest. Vt expressè deceditur. leg. patri. ff. de minorib. & subiungitur ibi ratio, quia patris periculum agitur, qui de peculio filij tenetur, & tradunt omnes.

4. Quarto consanguineum intra quartum gradum praestita cautione de rato. iuxta leg. sed ha in princ. ff. de procurator. existit, mat Decius in cap. cum M. de constitutionib. restitutionem in integrum petere potest, ductus cap. nonnulli. §. 1. de rescrip. vbi est ad impetrandas litteras ad lites speciale mandatum requiritur, conueniunt Doctores consanguineum pro consanguineo impetrare posse. Ergo similiter poterit petere restitutionem in integrum, quamuis ad petendam restitutionem speciale mandatum requiritur: fauetque Textus in cap. constitutus de in integrum restit. vbi frater pro fratre petens restitutionem admissus est.

Sed contraria sententia longe verior est, quam ex communi defendit alios referens Couarruu. 1. var. cap. 6. num. 5. Molina. d. disp. 573. vers. quamuis & deceditur expressè in dicta leg. patri pro filio. cuius verba sunt. Patri pro filio omnimodo praestanda restitutio est, licet filius restitui nolit, quia patris periculum agitur qui de peculio tenetur. Ex quo apparet ceteros cognatos, vel agnatos aliter esse conditionis, neque aliter audiri oportere quam si ex voluntate adolescentis, postulem, aut eius vice sit iste adole. scilicet ut meritis eius bonis ei debeat interdici. Ex quibus verbis manifestè constat ceteros consanguineos praeter patrem indigere vt restitutionem petant minoris consensu, nisi ipse minor prodigus vel amens esset. Quod si dicas cum Decio in dicto cap. cum M. de constitutionib. indigere minoris consensu non quidem expresso sed tacito, quem tacitum consensum & lege praesumptum quilibet consanguineus pro consanguineo absente habet praestita cautione de rato iuxta leg. sed ha. ff. de procurator. obstat: nam vt rectè inquit Couarruu. ex Accursio omnium sententia probato consensum expressum requiri in dicta leg. patri, vt consanguineus pro alio consanguineo restitutionem petere possit. Et quamuis solus tacitus consensus sufficeret absens & ignorans tacitum consensum non praestat. Nam ad tacitum consensum exigitur praesentia. leg. qui patitur. ff. mandati. vel saltem scientia leg. 2. §. vlt. ff. soluto ma. rimonio, vbi filia absens nec derens non censetur consentire, vt pater dotem exigit, dum id ignorat.

5. Neque obstat Textus in dicto cap. non vlli nam ibi Pontifex postquam in odium impetrantium litteras ad lites statueret nullam esse impetrationem absque speciali mandato subiungit, nisi forte de illis personis exteris à quibus non debet exigi de iure mandatum. Cum autem de iure non exigatur mandatum, vt possit consanguineus pro alio consanguineo absente agere, sed praestita cautione de rato agere possit. leg. sed ha. ff. de procuratorib. efficitur posse litteras impetrare. At inde non inferitur restitutionem in integrum petere posse, cum ad hanc restitutionem petendam speciale mandatum, vt dicemus requiratur. Neque item obstat Textus in cap. constitutus, nam vt inquit ibi Glossa, & ex aliorum sententia Panormit. fortè ibi aderat speciale mandatum fratris, cum essent in lite confortes. Praeterquam quod indiuidua causa agebatur, ipse quo pro restitutionem petiuit, quia simul cum alio fratre laesus erat, quae petita restitutio alteri utilis erat.

6. Quintò ex praedicto textu videretur inferri consortem liti esse admittendum absque speciali mandato ad petendam restitutionem in integrum, prout indicat Felin. in cap. coram. col. 2. de officio delegati. Decius & Ripa. in d. cum M. num. 58. de rescrip. & probari potest ex clement. religiosus de procuratorib. vbi Religiosus absque speciali Abbatis licentia potest agere pro consorte liti, cum tamen hoc minus absque licentia Abbatis praestare nullatenus possit. Quinimo pro consorte agere posse absque speciali mandato tradunt Cardin. d. clement. religiosus. Decius & Felin. in dicto cap. cum M. Sed verius est consortem liti absque speciali sui consortis mandato non posse pro eo re-

stitutionem petere. Vt docuit Panormit. in d. cap. consuetudo cor. ca. suum. & in cap. cum M. & ibi Felin. Couarruu. 1. var. cap. 6. n. 6. Ducti ex eo quod confors liti non admittitur pro consorte in his quae speciale mandatum requirunt. Si enim conueniens quod etiam ante litem contestationem pro conueniente agere potest non admittitur in his quae exigunt speciale mandatum. dicta leg. patri pro filio, à fortiori admittendus non erit confors liti qui litem nondum contestata agere nequit. leg. 2. Cod. de confors. cuius litem. leg. si petitor. ff. de iudiciis. Neque his obest. d. elem. religiosus, nam inde solum probatur absque licentia Abbatis religiosum pro consorte admittendum esse, sed non ad ea quae exigunt speciale mandatum.

Sextò ex omnium sententia qui nomine alterius, seu tanquam illius procurator restitutionem petiturus est speciale mandatum habere debet, neque satis est generale mandatum ad pones eius causas, & negotia: vt expressè deceditur. leg. illud in fine. ff. de Minorib. & cap. coram de in integrum restit. & leg. regia. 1. §. 1. §. par. 3. Quod verum est etiam mandato generali addatur clausula generalis, & ad omnes causas & negotia, etiam si speciale mandatum requiratur, adhuc non censetur speciale mandatum concessum ad petendam restitutionem in integrum. Vt colligitur ex cap. qui agendum, & cap. qui generale, de procurator. lib. 6. Sed necessarium est vt mandatum exprimat facultatem petendi restitutionem in integrum.

Non tamen opus est vt causa, seu negotium, personae aduersus quas restitutio postulanda est exprimat, satis enim est si in genere restitutio expressa fuerit. Sicut tradit Bart. in leg. filiusfamilias. num. 10. ff. de donat. Innocent. & Panormit. in cap. suscitata, & cap. coram de in integrum restit. Couarruu. 1. var. ar. cap. 6. num. 2. Molina. tract. 2. disp. 573. vers. quando aliquis. Neque obest non posse filium ex mandato petens adire hereditatem, nisi in eo mandato expressa haereditas intelligatur. leg. si quis mihi bona. §. sed verum ff. de acquirend. heredit. quia ibi licet quantum est ob periculum damnosae hereditatis adueniat, quod tamen periculum vix aut nunquam esse potest in restitutione in integrum. Neque item obest neminem de calumnia iurare posse, quin eo mandato speciali exprimat causa circa quam iurare debeat. cap. vlt. de iuram. calumniae in 6. quia illud iuramentum referuntur in animam principalis, ac prout confessus esse debet iustitiae causa circa quam iuratur.

Septimò, tamen si expressis verbis speciale mandatum non habeat pro restitutione in integrum petenda, si tamen sub generalibus verbis quibus tibi mandatum concessum est speciale mandatum ex iuris dispositione intelligatur sufficiens erit, vt rectè notauit Abbas d. cap. coram. n. 5. Couarruu. d. cap. 6. num. 3. vers. tertio. Et ratio est manifesta, quia ex casu petende est, et si speciale mandatum expressum esset. Solum est dubium sub quibus verbis censetur hoc speciale mandatum contineri. Et quidem contineri censendum est, si expressis in mandato causis, vel negotiis speciale mandatum requiritibus addas generalem clausulam, & ad omnia alia requiruntia speciale mandatum, petende enim est ac si ea omnia exprimeret. Vt videtur decium. cap. qui ad agendum de procurat. lib. 6. & tradit Abbas. d. cap. coram. col. 3. Castalador. decisi. 1. ad finem, de procuratorib. Couarruu. 1. var. cap. 6. n. 3. vers. quartò.

Deinde si generale mandatum habenti addas clausulam cum generali administratione, eo ipso censens concedere facultatem ad omnia quae speciale mandatum requirunt, maxime quae in praedictum mandantis non vergunt vt est causa restitutionis in integrum. Vt probat Textus in cap. qui ad agendum de procuratoribus in 6. leg. procurator cui generaliter. ff. de procuratorib. leg. transactio. Cod. de transact. & pluribus comprobatur Couarruu. supra. vers. quindò. Idem est à fortiori si alicui concedas plenam tuorum bonorum administrationem, vel liberam facultatem faciendi quae tu ipse facere posses. Sicut ex Bart. in dicta leg. procurator notat Couarruu. vers. sextò.

Ex eo autem quod mandato generali addatur clausula praehabitionis, seu de rato habendo quocumque gesserit, minus censenda est concessa facultas ad ea quae speciale mandatum requirunt, & consequenter neque ad petendam restitutionem, quia ea clausula solum operatur ne cautionem de iudicio soluendo praestare procurator teneatur, quam tamen scilicet ea clausula praestare debebat, tamen si de mandato constat. Vt habetur leg. 1. Cod. de satisfando. & tradit ex Glossa Accursij in leg. si procuratorem absentem ff. de procuratorib. & communi sententia Couarruu. dicto lib. 1. var. cap. 6. n. 4. Molera. disp. 573. vers. quando aliquis in fine.

Sub clausula vero ad agendum, defendendum, & supplicandum existimant Castalador. decisi. 1. de procuratorib. quem sequitur Couarruu. dicto cap. 6. n. 3. vers. sextò. potestatem ad petendam restitutionem contineri. Sed merito Mol. loco citato dubitat, cum sub verbis ad agendum, & defendendum manifestè sit non contineri. Sub verbo autem supplicandum, potius singularis modus agendi & defendendi indicatur quam restitutio. Quapropter si ex vi illius clausulae petenda esset restitutio peti debet, praestata cautione de rato ob dubium. Cum generale sit quod de mandato speciali dubitatur restitutionem peti posse rati cautione praestata.

9 *iuxta leg. quod si specialiter ff. de minorib. Abbas. cap. coram. col. 3. de in integrum restit. Couarr. n. 4. Mol. loco citato.*

Octavo ad petendam restitutionem non directe, sed accessorie ad causam principale non indiget procurator speciali mandato, sed sufficit id mandatum quod ad causam principale fuerit requisitum. Vt colligitur ex cap. suscitata de in integrum restit. & ibi Glossa, & Abbate, Bart. & Iafone, in leg. cum procurator, in prin. ff. de noui operis nautis. & alij quos refert & sequitur Couarr. i. var. cap. 6. num. 1. Mo. disp. 573. vers. qua dicta sunt. Si enim iudex non valens causam restitutionis in integrum tractare potest de ea cognoscere, si causa principali accesserit ex 7. penult. de in integr. restit. a fortiori id poterit procurator. Ceterum autem causa restitutionis principali accedere non solum cum causa principali agitur, sed cum ipsa finita non est, & ad eius definitionem restitutio in integrum conducit. Sicuti notat Couarr. loco citato ex leg. ad rem. & leg. ad legatum. ff. de procuratorib. Neque oportet ut voluit Innocent. in d. cap. suscitatus & Panormit. in d. cap. coram, ut lis fuerit in ea causa contestata. Non enim ad contestationem litis pendet restitutio, sed ab incidentia, & connexionione cum causa principali quam restitutio habere potest ante litem contestatam. Tempus autem ad petendam hanc restitutionem durat quousque causa finita sit. Quocirca a sententis interlocutoriis, etiam si transferant in rem iudicatum, eo quod ab eis non fuerit congruo tempore appellatum restitutio peti potest, quia causa principalis perseverat. Vt notant ex aliis Couarr. & Mol. locis citatis. A sententia vero definitiva interim dum est tempus appellationis restitutio peti potest: eo tempore elapso cum tranterit in rem iudicatam, & causa fuerit finita non est locus restitutioni, vt bene ex aliis docent precitati Doctores.

10 Nono tamen ad petendam restitutionem necessarium sit speciale mandatum, vt dictum est: attamen ad defendendum eum aduersus quem restitutio petitur, generale mandatum sufficit. Vt colligitur ex leg. qui proprio §. item queritur. ff. de procuratorib. & tradit Abbas. in d. cap. suscitata. num. 5. Calladot. dec. 2. tit. de procuratorib. Couarr. alios referens. d. cap. in fine. Molina. dicta disp. 573. vers. licet ad petendum.

§. VI.

Aduersus quos restitutio in integrum peti potest?

- 1 Petenda est restitutio aduersus eum in quem minor rem transtulerit.
- 2 Si is in tertium possessorem transtulerit & minor fuit laesus in contractu potest aduersus eum restitutio intentari.
- 3 Silaesus tantum in pretio. Sub distinctione respondetur.

1 Ceterum est petendam esse restitutionem aduersus eum in quem minor seu Ecclesia rem transtulit; nam cum contractus claudicat ex parte minoris agere potest ad illius rescissionem.

2 Sed difficultas est, An si is in tertium possessorem rem a minore acceptam transtulerit possit aduersus eum restitutio intentari? In qua difficultate communis est resolutio. Si minor laesus est in contractu eo quod non expeditit rem a se alienare, agere potest aduersus tertium possessorem in quocunque euentu, siue ignorans siue sciens rem esse minoris accepit, siue a quo accepit soluendo sit siue non, quia alias minor indemnis non esset, si rem suam a quocunque possessore euincere non posset. Sicuti notat Anon. Gomez. 2. de contractib. cap. 5. num. 7. Molin. disp. 573. vers. sursum autem restitutio, & colligitur ex leg. si ex causa. ff. de Minorib. leg. si cum exceptione. §. in hac ff. quod metus causa.

3 At si minor non in contractu, sed in pretio laesus fuerit, tunc subdistingendum est, si tertius sciens rem esse minoris accepit, agere aduersus eum potest minor: si ignorans fecerit, nequit aduersus eum agere nisi facta excussione aduersus primum emptorem qui si soluendo non sit, tunc minori competit actio aduersus tertium hunc possessorem, ne laesus perseveret. Vt habetur in leg. in causa. la. 1. §. interdum cum legibus sequentibus. ff. de minoribus, & resoluit Antonius Gomez. Couarr. & Molina supra.

§. VII.

Quo pacto restitutio in integrum petenda est?

- 1 Directe & per viam exceptionis.
- 2 Hac exceptio non progreditur ultra tempus quod actioni conceditur.

1 Dupliciter restitutionem peti posse affirmat ex communi sententia Ant. Gomez. dicto. cap. 14. de contractib. num. 8. primo narrando factum, & probando se in eo cum minor sit esse laesum, & implorando nobile iudicis officium. iuxta leg. quod si

minor. §. fin. ff. de minorib. Secundo incidenter & per viam exceptionis, si enim aduersus minorem intenteur actio & petatur laesio potest ipse se rueri exceptione minoris aetatis petendo in integrum restitutionem, argum. leg. Papinianus §. si filius. ff. de inofficio testamento. vbiq. vela. inofficio testamenti his modis proponi potest. ex argum. leg. si quasi. Cod. de non numerat pecun. vbi exceptio non enumerata pecunie hac duplici via intentari solet. Nam vt recte ponderat Antonius Gomez. Cui damus actionem fortius exceptionem concedere debemus, vt habet regula iuris.

Aduertit autem & bene hanc exceptionem non progredi vltra tempus quod competit petitioni restitutionis per modum actionis. Nam esto sit regula iuris. leg. pure ff. de doli except. ea quae sunt annalia ad agendum perpetua esse ad excipiendum, id intelligendum est quando ius ad agendum nequis in iudicio proponere, quia eo casu mirum non est quod exceptio tibi in perpetuum competat: at cum ius ad agendum expeditum est, nequit ius ad excipiendum latiori tempore competere quam ius ad agendum. argument. dict. l. Papinianus §. si filius. ff. de inofficio testam.

§ VIII.

Apud quem iudicem peti debet restitutio in integrum?

- 1 Apud iudicem rei petenda est restitutio.
- 2 Quod aliqui verum existimant, vt non concedant in loco contractus esto ibi adit reus restitutionem peti posse.
- 3 Sed non est admittendum.
- 4 Ecclesiam laicam a laico coram iudice laici, & non coram iudice Ecclesiastico restitutionem petere debere astruunt plures.
- 5 Verius est posse etiam coram Ecclesiastico iudice.
- 6 Non est extendenda doctrina ad bona clericorum propria.
- 7 Ex delegatione ille erit iudex qui ab ordinario delegatus fuerit.

1 Respondet Imperator in leg. 2. Cod. vbi & apud quem conuenit in integ. restituit. & petendam esse restitutionem in integrum coram iudice illius contra quem petitur. Ex vulgari regula quod actor forum rei debeat sequi. Vt tradunt omnes.

2 Quod adeo extendunt Guilielm. de Lugno. Bald. & Paul. in dicta leg. 2. Iafon. in leg. qui certo loco. ff. de condit. indobiri. Decius in Rub. colum. 2. de iudicib. Gregor. Lopez. leg. 3. tit. 19. part. 6. Gloss. 1. vt existimant non posse minorem petere restitutionem in loco contractus, tamen ibi adit is aduersus quem restitutio petenda sit, quia vt inquit Iafon. leges concedentes posse reum in loco contractus, si ibi adit conueniri, loquuntur cum agitur ad contractus obseruationem, non vero ad illius rescissionem.

3 Sed hanc extensionem merito reprobat Bart. in dicta leg. qui certo loco. n. 2. vbi Paul. sibi contractus n. 2. Alexand. in addit. ad Bart. in leg. heres absens. §. 1. lict. E. ff. de iudicib. Roman. singul. 470. Felinus. cap. fin. num. 24. de iudicib. Couarr. 1. var. cap. 4. n. 1. Gutier. lib. 1. canon. qq. cap. 34. num. 9. Molin. tract. 2. disp. 573. vers. interrogabis. & colligitur aperte ex leg. in contractibus. §. vbi. Cod. de non numerat. pecun. vbi deciditur posse quempiam in loco contractus coram iudice illius intra biennium conqueji pecuniam numeratam non esse si ibi aduersarius adit. Neque enim vlla ratio congrua assignari potest cur iudex loci contractus competens sit ad illius obseruationem si ibi aduersarius inueniatur & incomperens sit ad laesionis factae reparationem. Neque obest dicta lex 2. hac enim definit quod plerumque, & ordinarie contingit petendam inquam esse restitutionem coram iudice rei, supponens reum in loco contractus non adesse, non tamen negat coram iudice loci contractus peti restitutionem posse si ibi reus adfuerit.

4 Dubium graue est. An si Ecclesia laedatur in contractu cum laico celebrato possit petere restitutionem non solum coram iudice illius laici, sed etiam coram Ecclesiastico? In qua questione Couarr. dicto. lib. 1. var. cap. 4. n. 2. Caldas in leg. si curatorem habens verbo implorandum. n. 32. Cod. de in integrum restituit. propendit tantum posse peti restitutionem coram iudice rei, & non coram iudice Ecclesiae, cui opinioni testatur Gutier. d. cap. 34. n. 10. adhaesisse cancellariam Pintianam in causa quadam Ecclesiae ciuitatem, quia nullus est Textus ex quo aperte hoc privilegium Ecclesiae colligatur: nam in cap. penult. de rebus Eccles. non alienand. vbi monasterium per iudicem Ecclesiasticum restituitur contra laicum iudex ille Ecclesiasticus simul etiam erat iudex laici ob iurisdictionem temporalem, erat enim terra Romano Pontifici subiecta.

5 Verum contraria sententia omnino tenenda est, quam commorem esse testatur Couarr. & Cald. supra. & docuerunt Ab-

bos. cap. 1. de integro restit. n. 18. & in cap. p. quib. de reb. Eccl. non alienant. 10. Felin. col. 1. Maranta. de ord. iudic. 6. par. vers. secundus actus. n. 101. Bernard Diaz de Lugo. reg. 2. 19. limitat. 2. Didac. Perez. in leg. 1. tit. 4. lib. 1. ordinam. vers. item fallit Gregor. Lopez. leg. fin. tit. 19. par. 7. Gloss. 1. Auendano. 1. p. rator. cap. 4. num. 12. Cuiuslib. lib. 1. canon. 99. cap. 34. n. 10. Ducuntur ex Doctrina Innocentij. in cap. cum sit generale de foro compet. vbi inquit quod quando Ecclesia aliquo speciali beneficio uariatur in aliqua causa possit in ea iudicem Ecclesiasticum adire. & indicat Textus. in cap. 1. de integ. restit. & apertius cap. penult. de reb. Eccl. non alienant. Nam quod Couarruu. dixit iudicem illum Ecclesiasticum esse simul iudicem laici ob iurisdictionem temporalem sine fundamento dictum videtur. cum ipse sibi obicit dici posse diuinat.

Quod non solum habet verum in bonis Ecclesie pertinentibus ad fabricam, sed in bonis menae capitulari antequam singulis ad iudicentur, quia verè & sunt proprie bona Ecclesie, cum capitulum Ecclesie cathedralis, Ecclesia in iure nuncupetur. e. apostolica. 56. dist. cap. cum clerici de vobor. sign. he. & vtrouque Glossa. Vnde si in his bonis Ecclesia laudatur, restitui potest per iudicium ordinarium ipsius Ecclesie sicuti tradit late Reodan. tract. de reb. Eccl. non alienant. q. de restit. in integ. §. 7. Soria Oddus. de restit. in integ. 1. p. 47. 32. ar. 15. num. 123. & 124. Ioann. Gurierr. dicto. lib. 1. canon. 99. capite 34. num. 10.

Non tamen extendenda est hæc doctrina ad ipsos clericos quoad bona ipsa sibi propria seu patrimonialia. Nam priuilegia concessa Ecclesie, cuius bonis non competunt clericorum bonis quatenus bona ipsorum sunt, nisi in casibus à iure expressis. Non enim decebat bona clericorum quæ pro ipsorum voto in quemcunque usum destinantur, & ad hæredes etiam extraneos transmittuntur eisdem priuilegiis gaudere quibus gaudent bona Ecclesie in cultum Dei, ministrorum sustentationem, pauperum subsidium designata. Sicuti pluribus comprobat Couarruu. 1. var. cap. 4. n. 1. Menchaca de succ. creat. §. 10. n. 659. & §. 22. num. 42. Ioann. Gurierr. lib. 1. canon. 99. cap. 34. n. 12. Molina. d. disp. 573. vers. ubi iam est. Neque refert aliqua ex his bonis pro patrimonio ad ordines suscipiendos fuisse clericis assignata. iuxta cap. Episcopus de Præbendis. Nam ea assignatio solum præstat clerico facultatem, vt iuxta sacros canones, ordines suscipere possit, cum habeat vnde decenter sustentari, non tamen ea bona inter bona Ecclesiastica constituit, aut eis priuilegia bonorum Ecclesiasticorum communicat. Vt rectè alios referens aduertit. Couarruu. dict. lib. 1. varior. cap. 4. n. 4.

Ex delegatione autem inquit Gregor. Lopez. d. leg. 8. 6. tit. 19. par. 6. quem sequitur Mol. dicta disp. 573. vers. addit. iudex causa restitutionis in integrum erit delegatus à principe, seu à iudice ordinario, quia nullibi est prohibitum hanc causam delegari posse. Item delegatus ad vniuersitatem causarum. Quinimò delegatus ad vnam causam specialem, si in ea causa minor reperitur læsus, petere coram ipso restitutionem poterit, quia non petit directè sed incidenter. Iudices autem iurisdictionem habentes absque territorio. Vt sunt Rectores scholasticorum, & aliqui religionum iudices existimat Gregor. Lopez. cum Paulo. in leg. fin. Cod. vbi est apud quem. non posse de causa restitutionis cognoscere. Sed vt rectè aduertit Molin. supra, dicta lex finalis non negat his potestatem cognoscendi de causa restitutionis, sed delegatis ab eis, & merito quia ipsi sunt quasi delegati. Deinde iudices pedanei quales sunt vicarij Episcopi aliquorum locorum particularium tribunal non constituentes nequeunt de restitutione in integrum iudicare. Sicuti tradit Glossa. in dicta leg. fin. Cod. vbi est apud quem. Et idem est de arbitris quibus non est data administratio, sed iurisdictione & non absoluta sed inter consentientes tantum qui de restitutione non cognoscunt vt in dicta leg. fin. habetur. Tamen si Glossa ibi, & Salicet post Barthol existimant eoriam eis compromitti posse iudicem, & beatè restitutio concedi. Quod Baldo non probatur.

§. IX.

An minor, & maior in eadem causa concurrentes, concessa restitutione minori censeatur maiori concessa

- 1. Affirmatiuè responderetur, si causa diuina sit, secus si diuina
- 2. Qualiter cognoscenda sit causa diuina, vel indiuidua?

Pender huius puncti intelligencia ex cognitione materie satis difficilis, & obscure diuina, & indiuidua. Si enim causa circa quam est restitutio concedenda diuina sit, omnes conueniunt restituro minore maiorem non restitui. Vt expressè habetur leg. vnica. Cod. si in communi. At si omni ex parte indiuisa causa sit cum diuina nequeat, nequit minor restitui quin maior etiam restituatur. Vt colligitur ex leg. si in communi. ff. quemad. restituitur. amittant. leg. per fundum. ff. de seruitutib. rusticor. prædior.

leg. in vsu. ff. de vobor. sign. ficat. leg. rescriptum. ff. communi prædior. leg. si autem plures. ff. de aqua pluua arcenda. & reg. quæ omnes tangit. de reg. iur. lib. 6.

Vt autem cognoscas quando causa indiuidua sit, vel diuina, attendere debes vnum illius, quem si minor independenter à maiore, vel è contra expeditum habeat, causa illius diuina erit, & restitutio illi concessa, non censèbitur concessa maiori. Secus verò si nullus illorum absque alterius consensu usum habere potest exemplis res manifestatur. Si enim minor simul cum maiori habet seruitutem ducendi aquam, iter agendi, & c. per aliquod prædium, & hanc vterque seruitutem remittat facta postmodum restituitio minori non censetur maior restituitus quia causa erat diuina poterat enim minor, independenter à maiore iter facere, & aquam ducere per illud prædium: quot enim sunt persone quibus prædium illud seruitute potest tot seruitutes multiplicatur, vt de se est periculum. At si alicuius domus, castelli, prædij indiuisibilis minor, & maior dominum habeant, cum nullas illorum possit illud independenter ab alio vendere, alienare, aut seruitutem constituere, vel usum seruitutis ei annexa remittere, si gratis, vel pretio accepto vterque alienauerit, aut seruitutem constituerit, vel ei debitam remiserit, & ab hac alienatione, seu remissione minor restituatur, maior restituitus censetur, cum nequeat vnum sine alio consistere: & in hoc sensu loquitur lex loci corpus, & lex. ff. in communi. & alia n. præcedenti allata. Vide Ant. Gom. 1. cap. 10. n. 15. & cap. 14. num. 10. Mol. tract. 2. de inst. disp. 573. vers. quando.



DISPUTATIO II.

De promissione, & donatione liberali.

Vtque etiam est de his, quæ communia sunt cuilibet contractui. Nunc singulis contractibus initium damus. Sumimus exordium à promissione, & donatione liberali, vt potè cuius explicatio facilius est, & quam reliqui contractus aliquo modo supponunt.

PUNCTVM I.

Quid sit promissio, pollicitatio, stipulatio & donatio, & qualiter differant?

- 1. Quid sit promissio
- 2. Libera debet esse.
- 3. Spontanea.
- 4. Dere licita.
- 5. Antè promissarij acceptionem est pollicitatio.
- 6. Quid sit stipulatio?
- 7. Quid donatio?
- 8. Qualiter inter se differant?

Promissio ex communi omnium, sententia est datio fidei libera & spontanea de re licita. Vt autem fidem alioi das, de bes, cū illo verbis vel signis loquis, & media locutione promissum manifestare. Vt dixi 3. præact. 28. de matr. puni. 2. n. 8. & præter Doctores ibi relatos docent Ant. Gomez. 2. de contractib. cap. 9. n. 1. Lessius. lib. 2. cap. 19. dub. 1. & 6. Rebell. 2. p. de obli. restit. lib. 1. 8. q. 1. Paul. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 1. n. 3. ea vero manifestatio non est tantum de voluntate concepta promissum exequendi, sed de obligatione fidei, seu fidelitatis pro illius executione suscepta, alioquin non esset promissio, sed propositum. Vt aduertit Sotus. lib. 7. de iustit. q. 1. ar. 2. Mol. tract. 1. disp. 261. in prin. Lessius. d. cap. 18. dub. 1. n. 5. Rebell. d. q. 1. n. 3. & alij passim.

Intemper debet esse libera, quia absque libertate quæ ad precandam moraliter requisita est nequit promissio constare. Non enim censendum quis est legis obligationem sibi imponere, nisi ipse sit homo rationalis operetur. Sicuti tradit Nauarr. cap. 1. n. 7. Lessius. d. dub. 1. n. 1. Rebell. q. 1. n. 4.

Addidi spontanea, vt excluderem omnem vim metum, & coercionem iniustam etiam leuem, nam ea interueniente nulla est promissio cum nulla sit illius exequendæ obligatio. Non enim coactione obligari potes ad præstandum quod itatum reperere potes, & accipiens reddere tenetur. At si promissum donec donatio valida est, si animus donandi habuisti, tamen actioe doli & metus causa rescindi potest, quia non metus causa rescinditur.